



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XV. De instabilitate in loco & in ordine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

Et quid juvat hic laudari & ^{eterna} honorari ab hominibus, & in fu- ^{miseria,} turo confundi & condemnari cum impiis & dæmonibus?

In mundo doctor & magnus reputari, & in numero Electorum non computari, maxima confusio & derisio est coram Deo, & omnibus Sanctis ejus.

Pro Christo autem pati & vi- ^{Pati pro} lipendi à malevolis, maximus ^{Christo} honor, laus, & gloria apud Deum ^{maxima} & omnes Sanctos. ^{gloria.}

Hinc ipse ait discipulis suis, & consolatur ubique omnes fideles, pro nomine ejus injuriam & pressuram patientes: *Beati eritis, cum vos oderint homines, & reprobraverint propter nomen meum. Gaudete & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cælis.* ^{Matt. 5.}

CAP. XV. *De instabilitate in loco & in ordine.*

Stabiles estote in omni opere ^{1. Cor. 15.} Domini semper.

Dic bone frater, quid utilita- ^{Discursus} tis & sanctitatis tibi contert huc ^{fabulæ, &} illuc

& otium
vitanda.

illuc discurrere, & multa ubique
videre & audire, & ad regnum
coelorum non posse pervenire?

Beatus, qui ab omni evaga-
tione cor suum & corpus custo-
dit, & cito ad seipsum cum ge-
mitu redit & veniam petit.

Væ tibi, qui sæpè foris eva-
garis, & tempus infructuose ex-
pendis, & alios scandalizas.

Pax multa libenter in cella
manenti, Deo in secreto vacanti,
sæpè oranti, sacros libros scri-
benti, scripturas studiose legen-
ti, ac sanctis meditationibus af-
fectuose insistenti.

1. Otiosus & fabulosus, multa
correctione dignus, & à com-
muni colloquio separandus; ne
forte simplices & pusillos infi-
ciat, & vanis verbis ac moribus
perversis scandalizet ac pertur-
bet.

Idque
metu pur-
gatorii &
infern;

Time, ô dissolute & jocose,
futura ignis purgatorii tormen-
ta; ubi pro quolibet levi & otio-
so verbo & cogitatu maligno,
patieris à dæmonibus durissima
verbera.

Multo melius est ergo modo

timere & cavere, pœnitere & flere; quàm in futuro cum impiis sine fine torqueri, & à dæmonibus fustigari. Certe non est risus & jocus in inferno semper ardere, unde nullo auxilio poteris liberari.

3. Si quis ista frequenter pensaret & stricte ponderaret, omnia mundana cito contemneret; & omnia delectamenta carnis exhorreret; ut æternas pœnas evaderet, & ad coelestia gaudia post mortem perveniret.

Sed vae eis modò, & amplius in futuro, qui divina judicia modicum attendunt, & fere omnia pro levibus ducunt, quia pœnas illas in corpore non sunt experti.

Mirum
ista non
magis
attendis

**CAP. XVI. De divino solatio,
in tribulatione pro Christo.**

IN mundo pressuram habebitis, Ioan. 16.
sed confidite, ego vici mundum.

Dicitur in proverbii à multis: Solatium est miseris, socium habere in pœnis. Quis est iste socius tam bonus & pius, qui scit compati miseris & infirmis?

Socius in
pœnis,
solatio
est miseri-
tis.

Me